



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Beatissimam Dei Matre[m] Angelus, apud Iosephum, defendit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

excitantem, pulsante S. Spiritu, se disponat, ad donum istud recipiendum. Quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni genere, *Act. 10.34.*  
*qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, accipitque S.*  
*Spiritum. Qui per excellentiam appellatur, Donum Dei altissimi;*  
*est enim omnium donorum maximum, & eorum fons & origo, vt*  
*D. Thomas tradit: est fluuius aquæ vitae, splendidius tanquam crystal-* S.Th. 1.p.  
*lus, procedens de sede Dei & Agni, in medio plateæ eius, eam irrigans.* q.38. Apoc.  
*De quo Christus dixit: Aqua, quam ego dabo, sicut in eo fons aquæ sa-* 22.  
*lientis in vitam eternam: est lignum vitae, afferens fructus 12. per* 10.4.14.  
*menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gen-*  
*tuum: affert enim 12. fructus, Charitatem, gaudium, pacem, pa-* Gal. 5.22.  
*tientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, mansuetudinem,*  
*fidem, modestiam, continentiam, castitatem. Hæc omnia paratus*  
*est hostibus suis largiri cœlestis Pater, qui pluit super iustos & iniu-*  
*stos, dummodo velint acceptare. Nam qui pro nobis tradidit Filium* Rom. 8.32.  
*suum, quo modo non etiam, cum illo, omnia nobis donavit? Dixit*  
*olim iratus: Non permanebit Spiritus meus in homine in eternum,* Gen. 6.3.  
*quia caro est. At passione Fillij placandus dixit: Effundam Spiritum* Ioel. 2. 28.  
*meum super omnem carnem. Si locutus fuisset de sola carne Christi,*  
*quæ est diuinæ personæ unita, nihil esset mirabile: sed nunc ait:*  
*Effundam Spiritum meum super omnem carnem, Spiritum adeò pre-*  
*ciosum, in tam vilia vase iræ: hæc bonitas exuperat omnem sensum.*

## C A P V T X I I .

*Alys noui Testamenti exemplis, ante oculos ponitur, mirabile  
 iudicium Dei, quo ipse succurrit, quando alius nemo  
 succurrit.*

**E**X supra explicata immensa Numinis misericordia &  
 bonitate, satis potest supérque intelligi, quasi mo-  
 rem Dei esse, vt, deficientibus vndique humanis au-  
 xilijs, auxilia faciat ipse diuina. Quod Christus, to-  
 tâ vitâ suâ, demonstrauit. Deipara à Iosepho, præter  
 expectationem, inuenta est habens in utero: id à se non esse sciebat  
 Iosephus, de Spiritu sancto esse, nesciebat. Iamque, cum esset iustus,  
 & noller eam traducere, seu accusare, & publico exemplo punien-  
 dam offerre, cœpit aliam dimittendi rationem longè honorabi-  
 liorem cogitare, ob magnam, qua prædictus erat, charitatem. Ge- S. Augustin.  
 Epist. 95.

mini hīc scopuli: videbatur & Ioseph, & Maria inter sacrum & S. Chrysost. saxum hārere. Nam siue, vt S. Chrysostomus, & S. Augustinus homil. de S. putant, Iosephus ideo Mariam dimittere voluit, quōd adulteram Susanna. suspicaretur; siue dubitauit duntaxat, vnde, aut quo modo, con-

S. Aug. ep. 64. cepisset, in magna anxietate, & inter fluctus extitit. Quis autem

tunc Virginis animus, quis sensus fuit, cum & humilitatis amor eam non sineret mysterij tanti gloriam patefacere, & tamen amor honestatis, non sine cura, innocentiam pateretur esse suspectam.

Sed nimirum, quia homines defuerunt, qui causam eius perora- Psal. 119. 1. rent, vfa est eiuscmodi verbis: *Ad Dominum, cum tribularer clamaui, & exaudinit me.* Item: *Et factus est protector meus.* Ade-

ste omnes anxij, adeste, quotquot in ambiguo iactamini; adeste quoscunque alij sinistris suspicionibus flagellant, & perpendite,

Matth. 1. 20. quis innocentium, in dubijs casibus, sit adiutor. *Hec, eo cogitante,*

*ait Euangelista, Ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicen-*

*Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod*

*enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Videtis auxilium de ca-

lo? Si homines desunt, Angeli veniunt, & uno sermone utriusque succurritur. Sic extincta est suspicio, & defensa Virgo.

II. Magi ex prophetia Balaam dicentis: *Orietur stella ex Jacob,*

Num. 24. 17. *cognouerant, Christo nascente, stellam orituram, vt Origenes,*

Orig. hom. *Epiphanius, & Basilius scribunt; aut certe, siue inspiratione in-*

13. in Num. *terna, vt vult S. Leo; siue per Angelos bonos, vt existimat D. Au-*

Epiph. in e- *gustinus; siue etiam per dæmones, vt vult D. Hieronymus, vel*

pitome. *Basilius ho- inuitis vocibus, vt aliquando coram Iudæis, confiteri coactos, na-*

mil. de hu- *militer esse regem Iudaorum, eumque noua hac stella significari, di-*

man. Christi cierant. Nec contenti didicisse, volebant etiam cum muneribus

gener. *venire ad eum adorandum. Sed nesciebant, vbi esset, qui natus*

Leo serm. 1. *de Epiph. erat rex Iudaorum?* Id quoque, postquam Hierosolymis intelle-

Hieron. in xerunt, tamen viæ ignari (inhumano Herode nec ducem eis ad-

19. Isa. iungente) sine filo, sine Ariadna in terris succurrente, iter cape-

Matth. 2. 9. runt prosequi, & ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat

eos, usq. dum veniens staret supra, vbi erat puer. Nec tunc tantum

antecedere cœpit, sed ab Oriente usque Hierosolymam. Additur

quidem: *Videntes autem stellam, gaui sunt gaudio magno valde, &*

quibus verbis nonnulli colligunt, stellam Magis non fuisse totius

viæ ducem, atqui si id recte colligerent, colligerent etiā, ne visam

quidem illis antea fuisse, quōd ita nunc quasi antea nō vidissent,

ea